Cr... Univ. Jagell.
... Philosoph.
1725 14 mensis Maii.

Poenya 2915.

Domaniewski Franc. Jos: Porta triumphalis — ad Capitolium philosophiae honoris XXI. VV. DD. secundae laureae Candidatis — aperta.

PORTA TRIVMPHALIS DUCE AGNO

CELSISSIMI PRINCIPIS,

ILLUSTRISSIMI & REVERENDISSIMI DOMINI,

D. CONSTANTINI FELICIANI

In SZANIAWY

SZANIAWSKI,

DEI & APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA,
EPISCOPI Cracovienſis, DUCIS Severiæ,
Almæ Univerſitatis Crac: CANCELLARII Faventiſſimi.
Ad Capitolium Philoſophici Honoris
XXI. VV. DD. SECUNDÆ LAUREÆ CANDIDATIS
A Perilluſtri Clariſſimo & Admodùm Reverendo Domino,

D. M. MARTINO WALESZYNSKI,

Sacræ Theologiæ DOCTORE, & PROFESSORE, Collega Majore, Eccleſiarum Collegiatarum; S. FLORIANI, Scarbimirienſis, & S. MICHAELIS in Arce Cracov: CUSTODE, Siradienſi CANCELLARIO, Montis S. GEORGII in Scepuſio PRÆPOSITO, Librorum per Diœceſim Crac: CENSORE, Contubernij Hieroſolymitani PROVISORE, Canonizationis B. JOANNIS CANTII PROCURATORE, Almæ Univerſitatis Cracovienſis PROCANCELLARIO.
Ijsdē VV. DD. Magiſterij in AA.LL. & Ph. Doctoratûs Licentiā conferēte

A P E R T A.

Per FRANCISCUM IOSEPHUM DOMANIEWSKI, Ejusdem Laureæ Candidatum.
Artificiò Poeticè

D E L I N E A T A.

Annò, quò,

o o o
1 453945 89335 16589128 45299 65811 18923689.
oo oo o o ooo oo o oooo oo ooo

Die 14. Menſis Maij.

Typis Collegij Majoris, Univerſitatis Cracovienſis.

964

Præsulis æta cano

Ornatur Ianua Rosis

Per ardua Callis.

Et pretiosa ferit.

Implevere ROSÆ Lechiam sat Szembeкianæ,
His Cælô quærit bina Capella locum
Hæc almis Superis maneat cùm victima grata
Ultro festinat, cedat ut ipsa Polo.
Joannes Carolus Christophorus in Stez. Schultz pro tunc Phiæ, Geom: et Math Auditor.

Labor fundamina iecit

Dedit Constantia robur

965.

ILLVSTRISSIMO, EXCELLENTISSIMO & REVERENDISSIMO DOMINO, DOMINO CHRISTOPHORO ANTONIO In SLUPOW SZEMBEK,

DEI, & Apostolicæ Sedis gratiâ, EPISCOPO VLADISLAVIENSI, ET POMERANIÆ.

Domino Protectori Amplissimo.



Eracto in erudita Iagellonicæ Palladis arena certamine, eminentius Honoris Philosophici Capitolium Stadiodromis ingressuris, nunquam gloriosiùs Triumphalem potui erigere Portam, quàm sub Tuo Felicissimo PRÆSULEI Honoris Signo. ILLVSTRISSIME DOMINE. *Nec dici enim Triumphalis mereretur Porta, ni æmulantibùs Fontem luminis Phœbum Domùs Tua Celsissimæ Ceris illustrata, in plausus certioris*

tioris triumphi assurgeret meliores. Quæcunq;, Artificium Poëticum, principalia huic Triumphali Portæ applicare duxit ornamenta, hæc non à jactabunda Romanorum vetustate, non à Cæsareis Ottonum, Augustorum, Iulorum, Iuliorum trophæis, non deniq; ab Heroicis Annibalis facinoribus emendicata, victoriosum et addunt apparatum, sed à TUA CELSISSIMA DOMO *derivata. Cedit in coronamentum, pro trina perfectæ Victoriæ lauru Ternio ROSARUM perfectissimùs, qui æterno veris honore floret amanissimè. Ultra Sidonium muricem Purpuræ coruscant, quas harum ROSARUM exornant centifolia. Heroicæ non marcescunt Victricium Coronarum palmæ, quibus omni ævô vernantes cum suo vigore ROSÆ adjunguntur. His Ducales Mitræ, Præsuleæ Infulæ, Mareschalcales Scipiones, Senatorij Fasces, primæq; Regni Curules decorantur, Equestris Ordo suum ab illis habet pulcherrimum ornamentum. In hoc CELSISSIMO ROSETO etiam spatiantes sequor gradatione Oratoria CAPELLAS, quas solis honoribus venari est concessum.* ROSAS *suppedaneas habent, quidquid calcant, fit ternio ROSÆ redolentis. Ex Harum vellere tantùm, sola honorum indumenta & Tyriô purpurascentes ostrô Dybachæ contexuntur. Quocunq; gradiuntur, virtutis Heroicæ vestigia posthumo sæculorum cursui relinquunt, quæ nunquam atteruntur, sequacium honorum tractu renovanda. Erectos Illæ tollunt ad sidera vultus, felices Ecclesiæ & Patriæ successus ominantes. Prævisa ne feriant jacula, impetus malignantis infortunij venturos, sagacibus prospiciunt ocellis. Amaltheæ veriores sunt, quæ innumeros Lechici Poli enutriunt Ioves, in funestam hostium gygantomachiam fulminantes. Dant documenta dictis Viri semidei, Martisq; genuina Propago, Flos Alemanorum GERLACUS à* SZEMBEK *hydrarum hostilium Victor Hercules, cujus affabilitate Magnus IMPERATOR Romanorum CAROLUS devictus, ROSAS hostili decoratas cruore, contulit Ei in homagium.* HENRICVS SZEMBECIVS, *HENRICO VII. IMPERATORI, suô casu fatali vita factus. Inter Martis discrimina cecidit, ut Cæsarea*

rea

rea Majestas elevaretur. Æquè & ex PETRO SZEMBECIO, *veluti ex petra, triumphalis elicitur ignis, qui* MAXIMILIANI *Imperatoris vitam à fatis extingvi non permisit. Deditum venationi sequebatur Cæsarem, jamq; ex* alta ruentem petra sustinuit PETRUS, & inde feras CAPELLAS sibi domesticas fecit. *Vindicat memoriam PETRI ab interitu & oblivione quaternus Virorum numerus,* PETRVS, HENRICVS, ENGVARDVS, BARTHOLOMÆVS SZEMBECII, *quos Lucina cùm luci edidisset, cum oriente Phosphoro, coruscum eis gloriæ lumen condonavit. Singulorum Nominibus, Oratoriô Stylô fas esset correspondere, ni penna pœnam inevitabilem priùs subire deberet, quàm immensam Tantorum Virorum percurreret amplitudinem. Non est laudis indigus* NICOLAVS, STANISLAVS, IOANNES SZEMBECII. *quos scribit alma vetustas perennantibùs fastis. Viget fama perennis* HIERONYMI & ALEXANDRI, GABRIELIS, STANISLAI, CHRISTOPHORI, PAVLI & ALEXANDRI SZEMBECIORVM, *qui non Lentuli, sed Celerino cursu cum summo studio stadium militare decurrebant. Eubaicos symplegadum Caphareos, Scyllæos periculorum scopulos prætergressi, scopum beatioris fortunæ capessérunt. Vivit post fata superstes* Illustriss: FRANCISCVS SZEMBECIVS, *cujus dignis meritis, ultro sese honores ingerebant, ut ab illis majorem gravitatem mutuarentur. Ruebant quasi agmine facto, una alteram impellebat dignitas;* Præfecturam Becensem Castellanatus Sandecensis, Castellanatum Sandecensem Camenecensis *alato sequebatur cursu, Atlanticis Ejus humeris incumbere cupientes; fecisset idem tota Curia Regni, ni* FRANCISCVS Magna Dignitatum *serie seriò nolens onerari, Cælô majori coronetur. Magni PARENTIS Magni FILII, altiùs extollunt nomen, CELSISSIMVS olim ILLVSTRISSIMVS & REVERENDISSIMVS DOMINVS* STANISLAVS in Słupow SZEMBEK, ARCHIEPISCOPVS Gnesnensis, LEGATVS NATUS Regni Poloniæ & Magni Ducatûs Lithvaniæ PRI-

PRIMAS Primusq; PRINCEPS, *qui stetit in summo culmine honorum, stetit & in fastigio virtutum. Aureus in Areopago Tribunalitio Senatuq; Procerum nuncupabatur Tripos, à quo certiora Delphicis responsa petebantur. In bonum Patriæ Ecclesiæ PRINCEPS Liberalissimus, non sibi, sed gloriæ Polonæ vixit. Ingerit se imbelli calamo summa gloria ILLUSTRISSIMI & REVERENDISSIMI DOMINI* MICHAELIS in Słupow SZEMBEK, EPISCOPI Paphensis, SUFFRAGANEI & DECANI Cracoviensis, ABBATIS Claræ Tumbæ. *MICHAEL hic verè virtutum Princeps, Ecclesiæ Defensor, Divini amoris panopliâ ornatus & armatus. In Vavello Trium Coronarum Gemma inæstimabilis, Sacra Themidis bilanx, ROSARUM vigor, probitatum norma, elegantissimorum compendium morum, se altiùs suis meritis tollit, quàm ferri potest stylus Oratorius. Emicat Fraterna Sphæræ lumen, Poli Lechici purpureum decus CELSISSIMUS ILLUSTRISSIMUS & REVERENDISSIMUS DOMINUS* CHRISTOPHORUS IOANNES in Słupow SZEMBEK, EPISCOPUS PRINCEPSq; Varmiensis, *ipse panegyris suorum meritorum ampla, ROSARUM splendor, de quo quidquid mens humana concipere tentat, id totum supra calamum existit. Vernat encomiis suis Flos ROSARUM fragrantissimus ILLUSTRISSIMUS & EXCELLETISSIMUS DOMINUS* IOANNES in Słupow SZEMBEK, Supremus Regni CANCELLARIUS, CAPITANEUS Lomzensis, Graudentinensis, Campaniensis, &c. &c. *cor AUGUSTI II. vivacissimum, Magnus re & nomine, Major meritis, Maximus sapientiâ IOANNES. Os aureum ille, pro Rege, lege, & libertate, quicquid dicit, gemmeum est, & publico bono utilissimum. Omnem felicitatem, Patriæ & Ecclesiæ Annulô suô desponsare procurat. Non minor* IOANNE ALEXANDER SZEMBECIUS, Illustrissimus Regni DAPIFER, CAPITANEUS Becensis, *Magnorum meritorum gloria, Orbis Poloni limites excedit, Ad Comitia Regni ex Palatinatu*

latinatu Cracoviensi LEGATUS, spargit ore rosas, quibus Patriæ desideria coronentur. Prodeunt ex umbris sepulchralibus in apricum Illustrissimus olim & Excellentissimus Dominus PRECLAUS STEPHANUS, *CASTELLANUS* Woynicensis, *& post fata præclarus*, Perillustres & Reverendissimi Domini ANTONIUS, LUDOVICUS Secretarius Regni Major Canonici Cracovienses, Illustrissimus olim DAPIFER Regni, in Słupow SZEMBECII, *quorum Magnum & ab exequijs nomen in ora venit.* Illustrem ac Magnificum Dominum PETRUM in Słupow SZEMBEK, *Magnum Hectorem & magnanimæ dexteritatis Avum Tuum PRÆSUL ILLUSTRISSIME, me tacente fama immortalis enarrat, in Cujus Nominis Petra, olim virtus, honores & merita fundata adusq; perennant. Duo ex hac Petra refulserunt Adamantes*, Illustrissimus ac Magnificus Dominus FRANCISCUS *in Słupow* SZEMBEK, *purpurea Paterno sangvine gloria Gentis, & STANISLAUS BURGRABIUS Cracoviensis PARENS Tuus dilectissimus, uterq; gloriâ æmulus Patris. Diffusus ab his per totam Sarmatiam Filiorum splendor, qui Coronam Regni Sarmatici exornat, & illustrat.* Illustrissimus ac Magnificus Dominus FRANCISCUS in Słupow SZEMBEK, Castellanus Visliciensis, *amore Patriæ Scævola & Spiritus Martis Lechici, etsi fatalem capessit cupressum, in Tuo tamen PRÆSUL ILLUSTRISSIME Fraterno pectore ut palma immarcescibilis revirescit.* Illustris: ANTONIUS FELICIANUS in Słupow SZEMBECIUS Succamerarius Cracoviensis, Capitaneus Vieliciensis, *laudatorium excedens calamum alter pro Patria Tullius oreq; tonans Pericles, virtutum Abyssus, sibi ipse panegyris manet, gloria illi magna & perfectio laudum ex dignissimo Filiorum Quaternione;* Perillustri & Reverendissimo Domino IOSEPHO Canonico Varmiensi, FRANCISCO Capitaneo Tolkmicensi, MARCO & MICHAELE, *accedit. Quâ prævivere alij, hâc via graditur*

Illustris ac Magnificus Dominus PETRVS in Słupow SZEMBEK, Burgrabius Cracovienſis, *Succeſſor honoris Paterni Tuus Digniſſimus Germanus*, *qui adeò morum Cato graviſſimus evaſit, ut, an ille ab exotico ſole, an ſol ab ipſo ſplendorem derivavit? dubium reliquerit Encomiaſtis. Prætermitti ſilentiô non debent* Illustrissimus Dominus FRANCISCVS Suffraganeus Præmislienſis, Canonicus Cracovienſis, Illustris ac Magnificus D. Capitaneus Lelovienſis SZEMBECII, *quorum merita Patriæ notiſſima extant. Hic Divinæ Thimiama Aræ, Ille ALEXANDRI Magni Fortitudo, & virtus, adauget gloriæ Triumphum. Pulcherrimum* Domus Celsissimæ *decorem augent etiam Proſapiæ Magnæ & prima Lechici ſidera Regni*, ODROWĄZYI, WARSZYCCYI, MNISZKOVII, LVBOMIRSCII, TARŁONES, LIGĘZYI, WIELOPOLSCII, LESCZYNII, OSSOLINII, MAŁACHOVII, ZBĄSCII, MORSCII, PRZERĘBSCII, WALEWSCII, PIENIĄSZKOVII, ZELECCII, TOMICCII, KOBIELSCII, TRZCINSCII, WĘZYKOVII, DZIAŁYNII, RVPNIEVSCII, KORYCINSCII, CZERNIECCII, OZAROVSCII, CZERNI, TARNOVSCII, ZIELENSCII, CHEŁMSCII, MARCHOCCII, SZCZEPANOVII, GAWRONSCII, WISNIOWSCII, PRZYŁĘCCII, NIELEPCII, RYCHŁOVSCII, PRVSZYNII, ROMERI, RASZOVSCII, *aliaq; Nomina ut Numina colenda. Quotquot decora Domi Tuæ ſunt PRÆSUL ILLUSTRISSIME, quotquot à Magnis Proſapijs derivantur ornamenta, in Te ſuum Compedium habent. Tu Ternionis Florentiſſimi prima Fragrantia, honoris Orbis Lechici Punctum, ad quod laudum & Familiarum lineæ referuntur. Praivere Te per meritorum ſuorum Appiam, ad honoris Capitolium Majores, ſed annorum non gloriæ curſu, Tibi Portam Triumphalem erigendam reliquere. Totum decus quod à Tua Familia Orbis Sarmaticus derivavit, in Te eminet, & ad ſummam gloriam augetur. Ex ROSINO Luco vix in lucem prodijſti, mox omnium ſplendorum comprehenſor. In Cunis Tuis renata Regni fauſtitas & Religio.*

ligio.

ligio. Iuveniles emenſus ariſtas, nulli herbam porrexiſti, ipſe Magnanimus Victor Triumphator. Necdum greſſus formare nôſti, jam Tibi virtus ad Honores parabat gradus, dulce ſui geſtamen, quàm citiſſimè Geſtatorem Dignitatis redditura. Cum lacte nil candidum non ſuxiſti, priùs honoris, quàm lucis Candidatus. Adhuc imbellis & imbecillis, jam Boni Publici Portator CHRISTOPHORUS Fortiſſimus apparebas. Tuæ ROSÆ vix Te Orbis Lechici explicavere luci, nec Te ab Academico Luco celavere. Vidit Te Pallas Cracia & gaviſa, quòd ſuis Laureis Tuas habuerit annexas ROSAS. Illimem Tui mentem ſic cryſtallinis lavaſti Parnaſſi undis, ut virtutum omnium honorumq; fieres Candidatus. Romanæ ſapientiæ quàm ad mentem fueris, Doctoralis Laurea atteſtatur, quæ ultro Tua voluerat ambire tempora. Adeò fragrantiſſimus ROSARUM Ternio per aliquot annorum ſpatia in Italicis refloruit oris, ut ipſa Suprema Theologia Divinis mancipata ſcrutiniis, non ſolùm illô diutiùs delectari voluerit, aſt etiam exornari, totîs viribûs anhelabat. Certè caput Urbium Roma nunquam Te dimittere voluiſſet, ni Te ab ea amor Patrius avocaſſet. In Patriam redeunti omnes Tibi honorês obviabant. Canonicatus Vladislavienſis evaſit altis felicior, quòd Te ſuum primò habuerit Poſſeſſorem. Diu tamen habere non potuit, cùm de Tua virtute altiora ſubſellia certabant. Archidiaconatus Pomeraniæ movit pro Te omnem conatum, ut illi praeſſes, & prodeſſes. Facile profuiſti, qui ſic Tuam peragis vitam, ut non Tibi, ſed alijs emolumento ſis. Gedanenſis Officialis Digniſſimus tenuiſti quemq; in Tuo Officio, ut ſic monſtrares Aſtræam delapſam aſtris in Tuo ROSETO ſpatiari. Varmienſis Præpoſitura, felix ſemper remanſit ſub Tua cura, imò tota Patria, Tuas pro ſe pervigiles agnovit ſollicitudines. Ex Procerum totiusq; Senatus conſenſu iviſti ad Moſcborum Principem LEGATUS, quem Tuo catenato eloquentiæ ſenſu ita ligaveras, ut ſe totaliter ad Tua & Poloniæ deſideria inclinaſſet. Suſcepiſti Livonienſem & Piltinenſem Epiſcopatum, non ut fultus Pedô quieſceres, ſed ut promptiùs pro bono Publico munia obires.

obires.

972

obires. Opposita erat globo terræ Lechicæ Cynthia Otthomanica, Sarmaticæ felicitatis Ecclypsim causatura; Tu ad CAROLUM IV. Romanorum IMPERATOREM *legatione fungeris, promissa ab eo juvamina recipis, & Patriæ vota in toto coronas. Caro æstimaris à* CAROLO, *& Orationi Tuæ benevolam concedit aurem, & Te ipsum pectori admovet suo. Tam gloriosis pro Patria clarescens functionibus, Claræ Tumbæ ABBAS declararis. Posnaniensis Cathedra Gentilitiis Tuis decoràta ROSIS, se Tibi in Portam erexit, quâ ad Vladislaviensem & Pomeraniæ Infulam feliciter processisti. Meritis Tuis* PRÆSUL ILLUSTRISSIME *Diœcesis hæc sit gradus ad illa Dignitatum subsellia, & illas Majores Infulas, quæ Tuæ Doctissimæ inhiant Fronti. Portam* Triumphalem *Capitolium Honoris Philosophici ingredientibus erectam, Postibus* CELSISSIMÆ DOMÛS TUÆ *admoveo, eamq; profundissima cum Veneratione ad Tuas inclino Plantas, ut ad quosvis Altissimos & Eminentissimos quantocyus procedas Honores; clientale in hac Porta appendo votum.*

Illustrissimæ Excellentissimæ & Reverendissimæ Dominationis Vestræ,

devinctissimus cliens & servus,

FRANCISCUS JOSEPHUS DOMANIEWSKI, AA. LL. & Ph: Licentiatus.

973

FIRMISSIMO PORTÆ TRIUMPHALIS FUNDAMENTO,

VICTRICIUM LAUREARUM COLOSSO,
Regni Poloniæ & Universitatis Cracovien:

PATRONO D. JOANNI CANTIO.

S. THEOLOGIÆ DOCTORI & PROFESSORI,
PROFUNDÆ VENERATIONIS ANATHEMA,

Hunc decet omnis honos nexæ pro Cæsare laurus
Atq; trophæa decent. - - - *Nomessæus.*

METRO LEONINO EXPRESSUM.

QUodpiam votis opus inchoare,
Cælitùs nullum columen vocare,
Exitum facto penitus negare,
Recta docet mens.
Absq; Cælesti remanens favore,
Semper exutum est solito decore,
Serta non florent spoliata rore
Quem favor addit
Syderum. Verùm citò nec feretur,
Gratiâ Cæli nisi quid levetur,
A DEO virtus eadem negetur,
Fine carebit.

Laurearum nos cupidi volentes,
Ad Polum suspiria procidentes
Mittimus, primò genibûs colentes
Te Deitatis
SERVE, tum nostrûm Patriarcha clare,
Nunc adoramus, valeas rigare
Has coronas, nec nimiùm morare
Dive JOANNES:
Tu decus, laus es veneranda Gentis,
Nec preces cætus humilis petentis
Sperne; sed Laurîs Redimite, mentis
Ferto juvamen.
Totius nostræ Basis es cohortis,
Esq́; constantis bona fama sortis,
De Tuis quando capiemus hortis
Laurea serta;
Nos juva CANTI, petimus clientes
Esto Patronus, quia Te videntes
Vota replentem sumus en colentes
Carmine, corde.
Has Tuis plantis jacimus coronas
Laureas, sub quas Pater Alme pronas,
Flectimus frontes, meliora donas
Munera nobis.
Sydus in Cælis renitens decorum,
Oro splendentes radios Tuorum
Filijs mittas, humiles, Favorum,
Poscimus omnes.
Jussa das morti Venerande CANTI,
Subveni turbæ Tibi supplicanti:
Deneges sertis eademq́; danti
Fulminis ictus.
Ergo Te Patrem meritò rogamus
Filij proni, Patriarcham amamus,
Sis favens Lauris, cape, cum feramus
Munera cordis.

Perillustri Clarissimo & Admodùm Reverendo Domino,

D. M. MARTINO WALESZYNSKI,

S. Th. DOCTORI & PROFESSORI,
Collegæ Majori, Ecclesiarum Collegiatarum; S. FLORIANI, Scarbimiriensis, & S. MICHAELIS in Arce Cracoviensi CVSTODI, Siradiensi CANCELLARIO, Montis S. GEORGII in Scepusio PRÆPOSITO, Librorum per Diœcesim Cracoviensem CENSORI, Contubernij Hierosolymitani PROVISORI, Canonizationis B. IOANNIS CANTII PROCURATORI,
VNIVERSITATIS CRACOVIENSIS
PROCANCELLARIO.

In vim clientalis obligationis
V O T V M.

Pectus & affectus cerebrum, ratio, caput & cor
In Te funguntur munere - - - - . *Martialis.*

ODE ACHROSTICA
E X P R E S S V M.

Maxima	Magnorum	Meritorum	Maxima	M o r u M
Alluvies (a)	Animis	Advertitur	Actibus	A l t A.
Ritus	Regreditur	Referendi	Recta	R e t a r d o R,
Tumq́;	Timens	Titubo, tenuē	Turbatio	T r a n s i T,
Inijcit	Icareos	Ictus Io, tum	Instat	I n e r t I
Naufragium,	Nequeo	Nervosum	Noscere	N o m e N.
Vatem	Veridicum	Vocali	Vertere	V e r s V,
Splendores	Satius	Satis est	Spectare	S e r e n o S.
Vincto	Vera viris	Veneratio	Victima	V u l t V
Aptior	Actus adest	Animosis	Auctus ad	A s t r A.
Latus	Laude liber	Lux es	Livius	Leo ConsuL.
Eminet	Excellens	Extans	Excelsior	E x s E
Splendet	Securus,	Seniori	Sede	S e c u n d u S,
Increpat	Infensos	Inimicos	Irruit	I n v I
Nulla	Nube	Nitens novit	Nigrescere	N o m e N.
Index	Iustitiæ	Iubar atq́;	Iuvamen	I n e p t I
Vota viri hæc	Veneranda	Vigent	Veracia	V i s V,
Servitiô	Superos	Satiat	Spondetq́;	S e c u n d o S

(a) *Multitudo.*

Portus. Pœne	Pij	Penetrat	Patientia	P o m Pā
Regula	Rectorum	Renitebat	Robore	R e cto R
Omnibus	Officijs	Occumbens;	Omnibus	O r d O.
Carmine	Condigno	Caream cùm,	Corde	C o l o s i C;
Accipias	Abduc ac	Aufer	Amoris	A p e r t Am
Normam,	Nunc	Navum non	Narro nobile	N o m e N,
Calliopeq́;	Carens tu	Carmen	Crimine	C o n d u C,
Ectropelos	(b)Epicharmus(c)	Es	Excellentior	E c c E.
Luctarum	Lumen,	Libandus	Laude	L e v i n i L
Librans,	Limata	Lautus	Locuplesq́;	L o q u e Lâ,
Arcipotentis	Amans,	Ac actibus	Aptus ad	A l t A
Relligioso - -	Rum	diRecta es	Regula	R o b u R
Insunt	Inclyta	Iustitiæ Tibi	Iura	I u v a n d I,
Vivis	Vocalis	Venerandus	Victor	V b i q Ve;
Supremis	Solijs	Subiens	Solatia	S e r v a S.
Vincis	Vincentes,	Vis in TE	Vallida	V i c t V
Nomina	Nostrorum Te	Noscunt	Nobile	N u m e N.
Inclarescit	Iustitia	In TE,	I u s t i n-	I a n I,
Virtutum	Vitta es,	Vitæ	Versabilis	V s V
Exemplare	Etenim	Excellentius	Eminet	E x TE;
Recta	Refert	Rebus mētis de	Robore	R u m o R
Splendescisq́;	Solo	Sapienti	Squallida	S y d u S
Illustrans,	Iusto	Intribuendo	Iuvamina	I u r I
Tullius ore	Tonans,	Timonum	Turba	T remisci T
Advertēdo TUI	Almos	Actus, ac	Animi	A r m A
Tu TRIPUS es,	Titan,	Tua mens	Ttranscendere	T e n t a T;
Immensos	Imitans	Iam	Iactaturus	I u l I
Sede TUA	ceSses. Pater es,	Sol	Sat bene	S plenden S,
Fax fervens	Florens	Flos fragrans	Fonsq́;	F avens F is;
Appares	Adamas ac	Annumerādus	Ad	A s t r A.
Vi, vesana	Volens	Venerando	Vincere	V u l t V,
Expedit ac	Est fas TE	Evectum	Excelsius	E s s E.
Nestoreo	Numerô	Nectat TUA	Nomina	N u m e N,
Tempora	Tranquillus	Titulorum	Transige	T urbam, e T.
Iudicis	In TE op⁹ est	mIseros	Inopesq́;	I u v a n d I.
Supplicibusq́, Tuis	Spes tu	Sis,	Subsidium	S o r S,
Sospes	Securus	Suprema	Sede sedens	S i S,
Invidiæ	Insultus	In TE	Infringantur	I n i q u I,
Magnum	MARTINUM	Memorandum	Magna	M e r e n t e M
Votis nunc	Veneremur:	Vivat	Vir	V enerand Vs;
Sarmatiæ	Splendor,	Servetur	Sidere	S a l v u S.
Vocalis	Vivas	Volumus,	Vinctiq́;	V o v e m Vs.
Illustris	Iacias	Iacturas	I n v i d	I o s I
Vultus, sis	Victor	Validus	Veniant TIBI c	V r s V
Anni, quos	Altissimus	Augeat,	Atq́; sub	A s t r A
Te tollat, nostri	Textus	Tibi	Talia	T r a d u n T.

(b) *Magnificus.* (c) *Philosophus.*

ILLUSTRIBUS CLARISSIMIS & ADMODUM REVERENDIS DOMINIS,

D.D. EXAMINATORIBUS.

Illustri Clarissimo & Admodùm Reverendo Domino,

D. M. GREGORIO FILIPOWSKI,

Philosophiæ DOCTORI, Regio Cursùsq; Vladislaviani & lingvarum Exoticarum PROFESSORI, Collegæ Majori, Ecclesiarum; Collegiatæ S. ANNÆ ARCHIDIACONO, Parochialis in Pobiedr Curato, ac interea Philosophicæ Facultatis DECANO.

Clarissimo & Excellentissimo Domino,

D. M. STANISLAO FILIPOWITZ,

Philosophiæ DOCTORI, Collegæ Majori, Ejusdem Regio Matheseôs Tratnoviano & Ordinario Strzałkoviano Iuratoq; Geometræ PROFESSORI.

Clarissimo & Excellentissimo Domino,

D. M. CASIMIRO STANISLAO PAŁASZOWSKI,

Philosophiæ DOCTORI, Tiliciano Eloquentiæ PROFESSORI, Collegæ Majori Vocato, & Contubernij Iagelloniani SENIORI,

In vim debitæ gratitudinis G N O M E:

In referenda gratia debemus imitari agros fertiles
Hesiodus.

DEsino Magnorum laudes narrare virorum,
Desino famatum tollere laude statum,
Hectoras Augustos factîs probitate venustos,
Quos sparsit rumor nunc sonat ipse tumor
Orbîs terrores retinentes plebis honores,
Ipso Marte satos, ante sub orbe datos.

D Ipsa

Ipſa Iovis tales declarat fama ſodales
Subjectos fatis lex probat eſſe ſatis.
Laudibus exactis tribuantur præmia factis
Geſtibus, hæc pronis ſunt tribuenda bonis.
Sorteq; nec tuti nec fati lege ſoluti
Non eſt qui ante fuit, qui ſtetit ecce ruit
Illi vincebant, laurus portare ſolebant,
Cum laurus arent laudibûs acta carent.
Hi proprijs votis poſcebant præmia totis
Huic hæc fama vovet, qui bona fata fovet.
Antiquæ Gentes mores laudesq; colentes
Lapſæ quando jacent dogmata cuncta tacent.
Has jam mittendum præſentes laude canendum,
Quæ (cuncti dicant) quod probitate micant.
Quæ ſint ſi quæris lector? tres hos venereris
Doctos, quæ, callent, pondera ferre valent.
Prodis, quem colimus GREGORI ex ordine primus
Docti tæda Poli clara lucerna ſoli.
Princeps Doctorum, Princeps venerande Sophorum,
Morum tu miris regula recta viris,
Alter Ariſtoteles niſi mentis dogmata veles
Tu noſtros, luces, exſuperando Duces.
Spargis ſplendores non poſtponendo minores.
Virtutesq; foves, pectora laude moves,
Purpuram cerno cùm veſtem, cætera ſperno
Ornamenta ſoli, quæ modò digna coli.
Alter dum ſequeris cunctis venerandus haberis,
Te nos corde bonos ingeminando ſonos,
Hoc recolendo metrô tibi pridem vota ferendo.
STANS LAVS quando manet gloria facta canet.
Tu vincis ſuperos precibûs, cùm pectore veros
Obſervas acer, ſis probitate ſacer.
Cælos dum tangis geniô, gravis actibûs angis
Dicentes, renovans jubila laudis ovans,
Aſpectu Charites præſentas pectore mites.
Venturi vates, mente modeſte lates.

Laudi-

Laudibus his mores dignos cum ſumis, honores
Poſſideas, ſano corpore vive cano.
Dum CASIMIRVS ovans prodit pro munere mirus
Virtutis ſpeculum, verberat en oculum.
Mores ſervandi tu verè Regula fandi,
Das doctas voces, aurea verba doces.
Delicium capitum altorum, concordia litum,
Quivis ſectatur te Caſimire, datur
Laus de te, donis mentis ſuperas Ciceronis
Lingvam, vota legas quæ peto corde tegas.
Aſt iſtud votum ferimus quod pectore totum,
Omnes ſumatis qui modò ſerta datis.
Vivas GREGORI felix & ſanus honori,
Sors neget ipſa ſibi quod neget eſſe tibi.
Tu Faveas ortæ nunc ſub te Præſide portæ,
Dum tibi turba vovet, propria corda movet
Te ad. STANISLAVS meritò lege votum carmine trito:
In ſummum vadas nec citus inde cadas:
Portam cernas, quam ingredientes ne peto ſpernas.
Vive diu ſanè fauſtus, & Io cane.
Tu CASIMIRE mane vivens per ſæcula ſane,
Dum te mente colo pectora ferre volo
Cunctorum, hæc fervent, ut diû te Numina ſervent
Turbaq; tota vovet pectore vota fovet,



POR-

PORTA TRIUMPHALIS

XXI. VV. DD. SECUNDÆ LAUREÆ CANDIDATIS
ad Capitolium Honoris Philoſophici
APERTA

I. V.D. STANISLAO CANTIO MISKIEWICZ,

Stemma, dequo tres roſæ pullulant. cum



Cor intra crux in palmite Lemmate:

Dux nobis dedit Arma ſalutis.

D. Venentius Fortunatus.

Intras dum portam victricem STANESILAE,
Nos fauſtè ducis laudibus ipſe thema.
Quis non victorem generoſa mente fatetur?
Cûi crux juncta roſis cordis amica manet.
Nempe crucis ſignum te monſtrat cuncta domantem,
Trinaq; Chortenſiûm nuncupat eſſe roſa.
Doctrinæ donis oneratus cum cruce pondus
Fers, tibi Crux feſſo dulce levamen adeſt.

II. V. D. JOANNI CASIMIRO AUGUSTINOWICZ.

Stemma. cum Lemmate: Crux in Luna, Lunamq́; Cælô deripit.




Horatius.

Non mirùm quòd ſigna Tibi ſint cornua lunæ,
Nam Tua tendit ad hæc gloria, fama, decus.
Nec vanum reputes genium ultra tollere lunam,
✠ firmat verbum litera fauſta meum.
Vive proin voveo ſcandasq́; per alta triumphans,
Crux prælunaris dux Tibi ſit & ovans.
Sic quoq; Dædalidis non ſit formido relapſus,
Hâc duce ſupremum figere cerne gradum.



III. V. D. JOANNI JACOBO SMOŁUKOWSKI.

Stemma | *Avium.*
Luna, in | *cujus me-*
dio Rosa, | *cum Lem-*
mate: | *Non sine*
luce | *genus.*
Statius.



IOANNES faveas mihi pennâ Te celebranti,
Nam de Te tentans dicere laude Tibi
Applaudo, quando resplendet Cynthia clara
Et Rosa, quâ redolet solus amicus honor.
Quando Rosam monstras, roseos ostendis & actus,
Ac ex Luna Te laude nitere doces.
Splendescens hæc Phæbe micans, quam flore coronas,
Laurea serta ferat sæcula longa vehens.



IV. V. D. PAULO JOSEPHO GORCZYCKI.

Stemma. | *Luna, in*
cujus medio | *Gladius,*
supra | *duæ Stellæ,*
Cum Lemmate: | *Eripiet lu-*
nare jubar. | *Claudianus.*



Dum belle gnarum palmæ Te cerno colendum,
Victori magno quis negat esse parem.
Dum laudis radiis nativis Cynthia splendet,
Ostendit, quòd sis mente micante nitens.
Inconstans hæc est, tu constantissimus inde
Clares, & Gladius quid sonat iste Tuus?
Ostendit certè, generosæ mentis acumen,
Heros quòd fortis Gordia vincla secas.

V. V. D. ANDREÆ SIEMINSKI.

Stemma | *Gentilitium.*
Acervus | *vacuus,*
in cujus | *vertice Ales,*
cum Lemmate: | *Oblatas non*
desere messes. | *Propertius.*



Cætera dum laudo magnæ ſpecimina mentis,
ANDREÆ laudes penna gerendo colit.
In campo docto vacuum dum ponis Acervum,
Laudibûs impletum ſors cupis eſſe Tibi?
Dat calamos ales, deſcriptas ut canat altè
Laudes, quæ reſonant quando hic Acervus adeſt.
Non fruſtra vacuus poſitus, nam Pallas ad illum
Auratam meſſem, Laurea ſerta jacit.



VI. V. D. STANISLAO DZWASZOWSKI,

Stemma. Luna, in cuius medio Crux, ſupra crucem Stella, cum Lemmate: De radijs lux nata crucis. D. Arator.



Quando novam retines Lunam tu Vir venerande,
In Te quod remanet, cernimus omne novum.
Quòd ſit decreſcens ſi dicas, laus tamen alma
Prodit, & inde Tibi plenus honoris apex.
Quando triumphi ſunt, tunc lumen oportet adeſſe,
Tu Cruce dum vincis, ſplendida Luna favet.
Ergo vive diu ſplendeſcens lumine tanto,
Iſtud cæca precor fata videre ſinant.



VI. D.

VII. V. D. LAURENTIO SALTSZEWICZ.

Stemma. Duo Corda cruce juncta, cum flammis, ex quibus lilia pullulant, Cum Lemmate: Egregiè cordatus homo. Ennius.



Quiſquis es, ex ſignis conclude realia tota;
Conſona ſunt rebus ſymbola ſæpe ſuis.
En arcana ſibi mutuò duo corda revelant,
Quorum vis juncta eſt fortior, haudq; minor.
Vnum virtutis dicendum, Palladis unum,
Hinc Tibi LAVRENTI fama decusq; venit.
In virtutis ſic & in ejus ſcande curulem,
Scandas ſupremum Palladis opto gradum.



VIII. V. D. MICHAELI JOSEPHO KROCZOWSKI.

Stemma. Raſtrum ſuper tres Tumulos, cum Lemmate: Meſſes ipſis ſuper intulit aſtris Statius.



Expo-

Exponis Rastrum KROCZOWSKI quem colo penná,
Collectam laudem forsitan esse cupis.
Sed peto cur sursum quod congregat omnia tollis?
Vsq; Tuæ laudes sidera summa petunt.
Desuper in Tumulis stat, ubi crevere cupressi
Multis, ecce Tibi laurea serta virent.
Ergo sume precor laurum, quam Cracia Pallas
Dat Tibi, quæ fatis crede cupressus erit.



X. V. D. JOSEPHO BARTHOLOMÆO GOLUKOWSKI.

Stemma. Stellis duabus, Sagitta, cum Luce refulget Iovianus

Luna cum in cujus medio Lemmate: honorâ. Pontanus.

An Cælum faveat doctis? cùm quærere tento,
Conclusum cerno, Te retinere videns
Lunam cum Stellis, quæ Cælum deseruere
Ad Te scandendo, luce nitere Tui
Ingenij cupiunt, quâ cunctum pellis opacum,
Delicium noscens solvere dogma Sophûm.
Cynthia ne (voveo) splendescens occidat unquam,
Quâ nomen niteat clariùs Orbe Tuum.

XI. V.

XI. V. D. IGNATIO CANTIO HERKA,

Stemma. circulô cum Lemmate: victoria signô.

Tres Cruces juncta, Tota hôc pendet Finottus.

Desinat Herculeos celebrando fama Colossos,
Alcidam & Priamum tollere laude viros.
En manet IGNATIO tota hôc victoria signô,
Maximus hic forti mente triumphus adest.
Stemmate quæso Tuo: Cruce trina cur renitescas?
Perfectus quòd sis victor ubique, patet.
Ergo cum lauru quæ floret fronte decora,
Signis vince virens fata maligna Tuis.



XII. V. D. MATTHÆO MICHAELI LUKASZKIEWIC, Scholæ B. MARIÆ VIRGINIS in Circulo Cracoviensi SENIORI.

Stemma Duæ Lunæ, cum Lemmate: tangit.

Avitum & duæ Stellæ, Cælum mea gloria Homerus.

Fama

Fama veni, festôq; Virum laudare cothurnô
Incipe, quem calamus concelebrare nequit.
Altiùs ire velis, cùm signum sumpsit ab alto
Cælo, quod dicit: splendidus ipse manet.
Et bene, nam laurus, quam sumis crevit amica.
Fronte Tua florens, quam Tibi reddit honor.
Cum Lunis proprijs ducis Te crescere sursum,
Clariùs ut niteas, sidera bina tenes.



XIII. V. D. ANDREÆ ZAYFRETT.

Stemma Gentilitium.

Vir armatus, infra murus,

& Luna, cum tribus stellis,

cum Lemmate: Armatus nescio, vinci. Petronius.



Fortior est qui se, quàm qui fortissima vincit
Mænia, sed tali fortior iste Vir est.
Hic & se vincit, solos cum laude triumphos
Tollendo superat cuncta pericla potens.
Ex hoc victorem cognoscere quis neget illum,
Cynthia cûi favet & sydera trina micant.
Dum Cataphractus adest sagôq; togâq; venustus,
Apprecor, ut palmas sumere possit ovans.



XIV.

XIV. V. D. LAURENTIO MICHAELI ROMPALSKI.

Stemma. Cor transfixum duabus sagittis, desuper Stella allucens, cum Lemmate: Fies manifestus Apollo. Ovidius.



Te celebrent alij, quantò decet ore tuasq;
Ingenio laudes uberiore canant.
Infixas cordi cernens Te ferre sagittas,
Verus Apollo manes, sic Tibi stella favet.
Optimè qui claris nomen virtutibûs æquas,
Nec sinis ingenium nobilitate premi.
Consors Fortunæ quàm plurima sæcula vincas,
Ac sint virtuti præmia multa tuæ.



XV. V. D. IGNATIO FRANCISCO LICHWANSKI.

Stemma. Leo medius supra murum Rosam tenens, cum Lemmate: Deserit & muros. Virgilius.



G

Dignum

99 Dignum laude Virum versu celebrare venusto,
Actio non facilis Te ipsa Minerva colit.
Munera cùm tribuit meritis, quæ debita claris,
Laudandum monstrat Te, tua facta canens
Turbatur calamus, muris hebetatur acerbis,
Nil tibi difficile est, cùm Rosa vepre caret.
Fors te fecerunt aliena pericula cautum?
Contra quæ muros hic Leo fortis habet.



XVI. V. D. LAURENTIO JOANNI BĘDZINSKI.

Stemma. *Navis,* *in cuius* *medio Columna,* *cum Lemmate:* *Laurô* *redimita.* *Silius.*



Non solis Iulij ratibus navalia tractat
Sors, Tibi, mentis amans, jam favet illa Tuæ.
Palladis ipsa Tibi doctæ convincit amorem,
Ac in nave tua Laurea serta jacit.
Non callet dictum: tuto placidissima portu.
Quam constat sævas non timuisse minas.
Carbasa non retinet, navalem reddo coronam
Sumens, tunc florens, carbasa, laurus aget.

XVII.

XVII. V.D. ANDREÆ NECHRĘMBECKI.

Stemma *Gentilitium.* *Luna, supra* *quam tres Stellæ,* *in medio Sagitta,* *et Leo, supra* *cuius caput* *tres Stellæ,* *Cum Lemmate:* *Luna videt,* *sed sidera testes.* *Iuvenalis.*



Multoties sperant laurus, qui castra sequvntur,
Sæpe cupressus eis exitialis adest.
Palladis in campo qui certat, serta referre
Se speret, quæ tu Vir venerande refers,
Tangis mente Polum, sursum mittendo sagittam,
Luna cadens, cum qua sidera scis quid agunt.
Nempe nitens geniô, cuius sit Cynthia testis,
Te trinæ Stellæ sic celebrare jubent.



XVIII. V.D. ANTONIO DZIANOTTY.

Stemma *Avitum.* *Castellum cum* *quinque turribus.* *Desuper Aquila,* *& Leo, supra cu-* *jus caput tres* *Stellæ,* *Cum Lemmate:* *Sidereas* *paratus ad arces.* *Iovianus Pontanus.*



Ex

Ex quo Te laudare velim, sunt plurima signa,
Quæ retines, turbor, me Leo terret ovans.
Ast aditum dat porta mihi, dum sydera splendent,
Accendunt animum, tum Ales amica favet,
Invictum Leo te demonstrat, sydera clarum,
Atq; biceps Ales plurima serta cupit.
Hos ergo postes invisant laudis honores,
Et Leo sit custos, nulla maligna timens.



XIX. V. D. ADAMO CHOROSZEWIC.

Stemma. *Media Aquila*
expansis alis, *infra quam*
in campo *flavo tres lapides*
pretiosi re- *nitent,*
cum Lemmate: *Iovis ales fertur in*
altum. *Manilius.*



Desere bifrontem Parnassum Præses Apollo,
Et cytharam pulsans pollice tange tuo.
Spiritus inde cadat, quò agitante calescis ab alto,
Et nomen dignum laudibûs, ipse colas.
ADAMUM noscas generosa mente decorum,
Splendor ei clarus stemmate signa refert.
Exponit Campum, lapidum pretiosa metalla
Monstrat, quòd merces pulchra labore venit.

XX. V.D. MARCO KARGOLEWSKI.

Stemma. *Leo*
rosam *tenens,*
cum Lemmate: *Insternor pelle*
Leonis. *Virgilius.*



Laudes unde Tibi veniant dum mente revolvo,
Quòd Leo sis, monstrat nunc Leo stemma tuum.
Hic opponit, stans, adversis pectora rebus.
Te nil adversum posse timere docet.
MARCUS es, unde decet Leo sortis sit tibi servus,
Hac virtute nitens, quam tenet ille suam.
Hic servus gratus portat florem pede pulchrum,
En tibi pro lauru porrigit ipse Rosam.



XXI. V.D. PAULO POLACZEK.

Stemma. *Columba*
Ramum Olivæ *portans,*
Felicia captat
cum Lemmate: *Apollonio Novariensis*
auspicia.



Cedant Druse tui, cedant Trajane labores,
PAVLVS POLACZEK vestra trophæa capit.
Hic Vir cùm pacis Lignum portare videtur
Ingeniô vincit cuncta maligna suô.
Hunc certare Sophum quivis spectando stupescit,
Ingenio stimulum subdere fama solet.
Ergo vive diu felix, quem facta decorant,
Et primis solijs ultime siste micans.



IX. V. D. FRANCISCO JOSEPHO DOMANIEWSKI.

Secundæ Laureæ Candidato,

Authori Operis.

Gratitudinis & propensissimi affectûs ergo
V. D. PAULUS JOSEPHUS GORCZYCKI,
Ejusdem Laureæ Candidatus
Primam appendit Epigraphen.

Stemma — *Gentilitium.*
Solea, supra — *et infra quam*
Crux aurea, — *super galeam*
tres — *Strutij,*
Cum Lemmate: — *Victor certamine*
cursus. — *Catullus.*



Ardua cuncta domas calcans animosus Achilles,
Docte DOMANIEWSKI nobilitate Virens.
Panditur in Porta, quàm solers mentis acumen
Est Tibi, tum resonum barbite monstrat opus.
Hinc Cruce stes Victor binâ, discriminis expers,
Munere pro tanto magna trophæa feras.
Et Solea in Ceris rutilans meliore metallo
FRANCISCO ad solium signet honoris iter.



V. D. MICHAEL JOSEPHUS KROCZOWSKI,

Ejusdem Laureæ Candidatus

Eidem Authori Operis

Gratitudinis ergo Applaudit
Per

ANTITHETICON.

PRIMUM.

Pro hac lau Tua, quam in ser colen
de das ta dus.
Semper plau volo, va per aper viden

SECUNDUM.


Cum tu exs onero, donîs men mod
tes sus, te esta.
Altus s genero sis sine sor mol




V. D. JOSEPHUS BARTHOLOMÆUS GOŁUKOWSKI,

Ejusdem Laureæ Candidatus,


Eidem Authori Operis occinit, Paramytheticô per Orpheum Pöëticum.





M us si team, tunc bra ve s est





udanti udes tte corde ens.

usta Tibi veat sors, flo vive pe nnis,

Sup s ijs ustus a ce sede.

V. D. IGNATIUS CANTIUS HERKA,

Ejusdem Laureæ Candidatus,

Eidem Authori Operis,

pretium sincerrimi affectus Valore Cabalistico probatum

OFFERT.

Digna hic Laurigerîs sint tempora septa coronis,
Quas cunctis ornant carrmine mellifluo.

Probatio Hexametri, *Summa.*

D	4	L	20	S	90	S	90	C	3	81
I	9	A	1	I	9	E	5	O	50	501
G	7	V	200	N	40	P	60	R	80	565
N	40	R	80	T	100	T	100	O	50	256
A	1	I	9	T	100	A	1	N	40	322
H	8	G	7	E	5			I	9	
I	9	E	5	M	30			S	90	
C	3	R	80	P	60					
		I	9	O	50					
		S	90	R	80					
				A	1					
	81		501		565		256		322	1725.

Probatio Pentametri, *Summa.*


Q	70	C	3	O	50	C	3	M	30	361.
V	200	V	200	R	80	A	1	E	5	445.
A	1	N	40	N	40	R	80	L	20	311.
S	90	C	3	A	1	R	80	L	20	248.
		T	100	N	40	M	30	I	9	360.
		I	9	T	100	I	9	F	6	
		S	90			N	40	L	20	
						E	5	U	200	
								O	50	
	361.		445.		311.		248.		360.	1725.

Valor Cabalisticus.

A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	L	M	N	O	P	Q
1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	20.	30.	40.	50.	60.	70.

R	S	T	V	X	Y	Z
80.	90.	100.	200.	300.	400.	500.

998



TeM-
pora De CæLo
LVX ea faVstaVehet

OBELISCUS VIRTUTIS

FRANCISCUS DOMANI — EVIUS AUTOR OPERIS — *Versus Cantaurini ô*

Adonius	ntimo laud
Pharec:	omen, tum cano vers
Glycon:	uthoris meriti ſu
Pindaricus.	ulta ferens generoſa plaus
Archiloch:	mnia digna Polo gerit altu
Alemanicus.	ignandus nunc juſtè glori
Anap: Dimet:	vais laus eſt, maxima dicit
Phaleutius.	irtus præmia celſa, danda manda
Alcaicus.	unctas dum laudes donat hic, illic
Aſclepiad:	ummis laudibus en credite, tollitu
Saphicus	nclyto magnis meritis decor
Scaſon	apit conſtantiam laboris cam
Iambicus	omen ferens Franciſci humilis extat ver
Pentameter	ltorum ſeries prodigiumq; datu-
Spondaicus:	obore victus adeſt labor JOSEPH
Hexameter	ranciſcus vivat venerandus ſitq; ſecundu

Carmine quid mirū FRANCISCO pono coloſſum
Firmus in adverſis ille Colloſus adeſt.

Programma. Franciſcus Domanievius Author Operis

Anagramma. Pro his encomijs dat verus favor: vincas.

999





Sub Feliciſſimis Auſpicijs,

Magnifici Perilluſtris & Admodùm Reverendi Domini,

D.M. JOANNIS LUKINI,

U. Ju: DOCTORIS & PROFESSORIS, Eccleſiarum Collegiatarum; Vislicienſis & SS.OO. Cracov: PRIMICERII, Sławkovienſis PRÆPOSITI, Contubernij Regio-Jagelloniani PROVISORIS, Studij Almæ Univerſitatis Cracovienſis Generalis ac Vigilantiſſimi

RECTORIS.



1000.

97